+

Generosa Kucharska Consors cum eiusdem Mariti Sui Uti Tutoris Coniugalis personali assistentia et Ultroneo ad infrascripta recognoscenda Consensu Sese mutuo et invicem Una pars aliam cum posteris Utriusque partis de Intercisa certa inter se Recognoscentes ratione certarum rerum et Conditionum in eadem Intercisa Contentarum de actu et data illius hic Premisliæ die Vigesima quarta February Anno præsenti confecti conscripti manibus Sui Recognoscentium propriis ab Utrinque Subscripti Actisque officy præsentis Sub clamnis Terrestribus ad tenendum firmata et roborata eiusque Inscriptione Roboratoria ob plenariam et sufficientem sibi Recognoscentibus pro præmissis omnibus præstitam Satisfactionem quietant emittunt dimittunt liberosque et absolutos perpetuo pronuntiant. Intercisam eandem et eius Roborationem in toto et per omnia Cassant, mortificant et annihilant præsentibus sibi Suisque posteris ratione præmissorum perpetuum imponendo Silentium.

2/IV Sabbatho post Dominicam Lætare Quadragesimalem proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo.

Hordynska

+

Hordynska Jaworskie: mu Cedit

Comparens personaliter Coram officio et Actis præsen: Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Nobilis Anna Hnizka Nobilis Stanislai Hordynski olim Nobilis Antonij Hordynski filii Consors legitima, cum eiusdem Mariti sui Uti Tutoris Coniugalis personali assistentia et Ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu sana mente et corpo: re existens a Terris Districtibus Iuribus et Iurisdictionibus suis quibusuis proprijs et Competentibus recedendo præsenti Vero Castrensi Capitaneali Præmisliensi Iurisdictioni quo ad actum præsentem attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorpo: rando atque subijciendo palam, libere, publice, ac perexpres: sum recognouit. Quia ipsa de omni et integro Iure suo infrascripto nimirum de summa Duorum Millium Florenorum Polonicalium sibi Recognoscenti per eun: dem suprascriptum Nobilem Stanislaum Hordynski ma: ritum suum ratione dotis et expeditionis, tum et de alia summa Duorum Millium Florenorum Polonicali: um, ratione dotalitij Actis officij præsentis Feria Ter: tia post Festum Sancti Valentini Presbyteri et Marty: ris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo primo modo Reformationis inscripti et su: per hæreditate bonorum ipsius generaliter omnium

1076

1064

+

ad solvendum assecurata, necnon de eadem ipsa Inscriptione Reformatoria Castrensi Premisliensi sive in Tenore latiori, tum et de bonis medietatis summa praefata et inscriptione Reformatoria Iureq praesenti Cesso, cum omni praemissorum Iure, proprietate, competentiaq et praerogatiua quauis, cumq omnibus et singulis Inscriptionis praedictae Originalis Reformatoriae atque praesentis Iuris Cessi, conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Vadio ligamentis ac nexibus generaliter omnibus summae quoq memoratae Duorum Millium Florenorum Polonicalium et bonorum summis eisdem et Inscriptione praedicta Reformatoria Iureq praesenti Cesso oneratorum Vtilitatibus, fructibus, commodis, emolumentis, obuentionibus attinentiisq et pertinentiis generaliter Vniuersis nihil ex praemissis Iuris proprietatis, ac cuiusuis competentiae et praerogatiuae pro se Recognoscente suisq successoribus, aut alio quopiam reseruando seu excipiendo, Verum prout praemissa omnia et singula ipsummet Recognoscentem concernebant, ac eidem legitime seruiebant. Iam exnunc et defacto Nobili Petro Iaworski olim Nobilis Andreae Iaworski Perhowicz filio sui vero Recognoscentis sororino et ipsius Successoribus, (accepta ab ipso pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione) Cessit et condescendit, prout cedit et condescendit praesentibus, omneq ac integrum ius suum sibi ad praemissa seruiens in personam eiusdem Nobilis Petri Iaworski Cessionarij sui, et ipsius Successorum totaliter et plenarie, irreuocabiliq transfudit et incorporauit, prout transfert, transfundit

et incorpo:

et incorporat praesentibus. In quod quidem ius cessum praemissorum omnium et singulorum praesentibus abcessorum, iam exnunc et de facto memorata Recognoscens suprascripto Cessionario suo dat et admittit, Coram officio praesenti realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque Competentem et Nobiles duos die quacunque voluerit officiose accipiendum. Per ipsum Nobilem Pobum Jaworski Cessionarium suum et ipsius successores, hoc idem Ius praesens Cessum summasque suprascriptas praesentibus per se Recognoscentium abcessas, cum Universis ipsi Utilitatibus et Usufructibus, Competentiisque et praerogativa quavis tenendi, habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice Usufruendi ac ad suos suorumque successorum quosvis beneplacitos Usus fructus libere et effectualiter convertendi, sanis praefati originalis praemissa omnia latius in se Complectentis praesentisque Cessi et transfusi Vigore.

Sobolowskie Coniuges Koniechkim Coniugibus Cedunt

1077

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosus Simon Sobolewski sanus mente et Corpore existens